ſolutis, domino periculū periurij immineat, titul. 26. §. licet vaſallus, lib. 2.
7 Tū † quia nec filius pro patre, nec libertus pro patrono, ratione debiti, vel delicti conueniri poteſt, per tot. tit. C. ne filius pro patre, &c. Tum etiam quia dominus cedendo bonis ſemetipſum carcere liberare poteſt, l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.
8 Tum † denique quia vaſallus in cauſa iuſta dominum iuuare tenetur, d. tit. 7. & tit. 28. lib. 2. F. At vero iuſtam cauſam dominus non fouet, ſi ob delictū aliquod carceri eſt mancipatus. Atque ita,
b *operam ſuam teneatur* [b] *vaſallus exhibere, pro liberatione domini, alias priuatur feudo. Et licet text. in d. §. ſecundum vnā lecturam ſolummodo dicat, quod non euitabit indignationem domini; tamen intellige, quod illa verba important priuationem feudi. Et ita ſentit gloſſ. magna ibi in primis verbis: & ita etiam volunt DD. vt dicit Iacob. in verbo, Dictique vaſalli. num. 37. in fin. imò vulgata lectura habet præciſe, quod feudum perdit. Benè verum eſt, quod Molin. in conſue. Pariſ. feud. §. 30. num. 146. in fin. dicit, quod non obſeruatur, quod ad hoc cogi poſſit, nec quod amittat feudum, ſi non fecerit. Sed ego nunquā vidi contrarium ſeruari: & ſi caſus contingeret, neſcio quomodo poſſet vaſallus defendi cōtra expreſſam diſpoſitionem illius tex.*
2 *Sed quid ſi dominus ſit iuſte carceratus, nunquid tenebitur vaſallus curare eius liberationem? Reſpon. quod non. Et ita limitatur diſpoſitio d. §. Item ſi delator, ſecundum Andr. de Iſer. ibi, vel ſi cognouerit. quem ceteri DD. ſequuntur, vt dicit Iacob. in verbo, Dictique vaſalli, numero trigeſimoſeptimo. Qui enim iniuſte deliquit, iuſte plectitur.*

poſt Clarum hic noſtrū num. 2. & alios, tenent Borcholt. d. c. 8. nu. 114. & Vulteius li. 1. de feud. cap. 11. num. 48. Quanquam aliter ſētire videatur D. Bocer. claſſ. 5. diſp. 20. th. 126. edit. 2. *Harp.*
b *Teneatur.*] Adde, quod tenetur vaſallus ope, & ſermone tractare dominum, vt dominum, per Afflict. d. deciſ. 265. num. 104. & in quib. teneatur adiuuare dominū vide ibi num. 54. quando non teneatur, Roland. conſil. 3. nu. 34. volum. 3. *Harprec.*

QVAESTIO XXV.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Vaſallus an poſſit dominum in ius vocare ſine venia.*
2 *Et an poſſit contra eum intentare interdictum Vnde vi.*

Ex Additionibus.

1 *Ecquid vaſallus dominū feudi in ius vocare ſine venia poſſit.*
2 *Quatenus vaſallus differat à liberto.*
3 *Senibus exhibenda reuerentia à iunioribus.*
4 *An vaſallus interdicto Vnde vi cōtra dominū experiri queat.*

ADDITIONES.

a 1 N*Vnquid poſſit vaſallus dominum in ius vocare ſine venia.*] Quod † vaſallus dominum feudi ſine veniæ impetratione in ius vocare poſſit, crebrius obtinuit, vt poſt Clarum hic noſtrum, & alios teſtantur Schraderus in tract. feud. part. 6. cap 7. nu. 19. ad finem, & part. 10. ſect. 8. nu. 54. 58. & ſeq. Mynſinger. cent. 4. obſer. 92. Kirchouius in theſaur. commun. opin. cent. 4 concluſ. 97. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 10. nu. 22. & Andreas Gail. lib ſingul. de pignorationib. obſeruat. 15. num. 4.
2 Neque † hic æquiparationi liberti, & vaſalli vllus dari poteſt locus: cum vaſallus nihil à domino aliud obtineat, quam feudum: libertus vero à patrono libertatem, rem inæſtimabilem, adeoque nouā quodammodo vitam habeat, l. libertas, 106. ff. de reg. iur. Neque etiam valida conſequentia eſt: vaſallus domino feudi debet exhibere reuerentiam. cap. vn. ibi, ſalua reuerentia. de milite vaſallo, qui
3 contumax eſt, tit. 22. lib. 2. F. Nam † ſenibus quoque exhibenda eſt reuerentia à iuuenibus: & tamen non protinus ſequitur, illos ab his non, niſi impetrata venia, recte in ius vocari. Ad cuius rei confirmationem plures auctoritates coaceruaui in §. pœnales, 12. num. 28. Inſtit. de actionib. *Harprec.*

b *Contrarium.*] Adde, & vide de iſta communi per Roland. in conſil. 18. num. 10. vol. 2. & dixi in collecta mea commun. opin. in verbo, Vaſallus, ſub num. 13. Adde, & per Cæphal. qui dicit hac veriorem, & crebriorem ſententiam in conſilio 241. num. 111. *Giach.*

c *Ambagibus.*] Limita vt per Roland. d. conſ. 18. num. 15. & dixi vbi ſupra. Et quid de vaſallo, uenia non petita uocante matrem domini ſui in ius? uide per Rolan. conſil. 17. num. 7. cum multis ſeq. & nu. 30. 34. lib. 2. *Giachar.*

d *Alex.*] Idem dixit Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. libertus, ff. de cōd. indeb. & Nicol. Euerard. in Topic. legal. loc. 59. ut refert Mynſing. obſer. 92. cent. 3. *Giach.*

e *Nunquid poterit va-*
4 *ſallus contra eum intentare interdictum vnde vi.*] Quod † uaſallus interdicto unde ui contra dominum experiri non poſſit, communis, & uera opinio eſt, teſte Z. in epit. feud. part. 11. num. 23. & ſeq. de qua conſulantur Menochius recuper. poſſeſſ. remed. 1. nu. 94. Roſenthal. in tract. feud. cap. 10. concluſ. 23. num. 1. & 5. & Forner. de feud. cap 16. num. 3. *Harprec.*

QVÆST. XXV.

T*V ſcis, quod vaſallus tenetur domino reuerentiam exhibere; Quæro,*
a 1 *nunquid* [a] *poſſit vaſallus dominum in ius vocare ſine venia? Videtur, quod non, exemplo liberti. Regulariter enim valet argumentum de liberto ad vaſallum, & econtra, vt tenent communiter Doctores, teſte Molin. in conſuetud. Pariſ. feud. §. 1. gloſ. 4. poſt num.*
b *36. Sed tu dic* [b] *contrarium, ſcilicet, quod imò poteſt illum ſine venia in ius vocare. Nam in conſuetudinibus feudorum*
c *non eſt locus his* [c] *ambagibus. Ita tenuit gloſ. in cap. 1. in verbo, Reuerentia. de mil. vaſal. qui contumax eſt. Et eſt com-*
d *munis opin. vt atteſtatur* [d] *Alexand. in l. generaliter. num. 7. ff. de in ius voc. Et ita ſemper vidi ſeruari.*
Item quæro, pone, quod dominus ſpoliauerit vaſallum feudo de facto, vel aliter vim ei
e *intulerit, nunquid* [e] *poterit va-*
2 *ſallus contra eum intentare interdictum Vnde vi? dixi infra lib. 7. §. actio.*

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Duplicem eſſe inueſtituram, propriam, & abuſiuam.*
2 *Et an dominus, qui inueſtiuit per inueſtituram abuſiuam, teneatur etiam tradere præciſe poſſeſſionem rei feudalis.*
3 *Et quid ſi tantummodo feudum promiſerit.*
4 *Et quid ſi vaſallus ab ea ceciderit.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus dominus, qui inueſtiuit aliquem de feudo per inueſtituram abuſiuam, ad traditionem rei feudalis præciſe teneatur.*
2 *Vocabulum (omnimodo) præciſam ſignificationem habet.*
3 *Duobus de feudo diuerſo tempore inueſtitis, qui eorum præferatur, remiſſiue.*

ADDI-

ADDITIONES.

a V*T dicit Iacob.*] Vide omninò per eū, qui declarat, & ſub nu. 4. limitat primo, per talem inueſtituram dominū cogi poſſe præciſe tradere poſſeſſionem: ſecundo niſi deinde alium inueſtiat, & illi tradat poſſeſſionem: nam ſecundus erit potior, & dominus tenetur primo ad intereſſe. *Giach.*

b *Nunquid tenebitur etiam præciſè illi tradere poſſeſſionem rei feudalis.*]
1 Adeò † abuſiua inueſtitura obligat inueſtientē, vt non tantum ad ipſam rei feudalis traditionem præciſe teneatur; ſed etiam omnē iacturam dilatæ poſſeſſionis præſtare cogatur, tit. 7. §. fin. lib. 2. F. vbi contine-
2 tur vocabulum omnimodo, quod præciſam habeat ſignificationem, l. item ſi cū exceptione, 14. §. quatenus, 10. & ibi gl. ff. quod met. cauſ. & text. eſt in tit. 26. §. ſi facta de feudo, lib. 2. F. Neque præſtando id, quod intereſt, liberatur, dū modo ipſe poſſideat, & tradendi facultatem habeat, d. §. ſi facta de feudo, &c. Mynſinger lib. 4. obſerua. 61. num. 4. & ſeq. Hartm. tit. 54. de feud obſeruat. 7. Quod ſi dominus tradendi facultatem nō habuerit: tunc præſtando, id quod intereſt, liberabitur. Ita præter Clarum noſtrum, & alios, docet Ioannes Rudinger. libro primo variarum lection. iur. feud. capit. nono, numero vigeſimoquarto, & ſequen. &
3 capit. ſequent vbi † illam quæſtionem (ſi duo in vno feudo ſeparatim inueſtiti ſint, quis eorum præferatur enucleatè explicat. De eadem quæſtione conſulatur Andreas Fachineus libro ſeptimo controuerſ. iur. capit. trigeſimoſeptimo, & ſequent. vbi vtranque in partem plures auctoritates allegat. *Harpr.*

c *Niſi tamen dominus.*] Item quod prior inueſtitura præualeat ſecundæ, vide per Rimin. iun. conſilio 396 numero 37. vbi commemorat exemplū de donatione facta a Papa Vrbano, Bald. de Caſtro in Comitatu Eugubij, qui poſtea illud alteri donauit. & Bald. nūquam potuit illius caſtri poſſeſſionē obtinere, tametſi longo tempore litigauit in Curia Roman. Vide tamen aliud conſiliū eiuſd. Rimin. iun. 444. vbi ex duabus inueſtituris factis in bonis emphyteuticis tenetur præualere ſecundo factam ab eodem Prælato. Et quādo cognati præferendi ſint agnatis in inueſtitura recipienda, vide per eundem Rimin. conſ. 461. *Giach.*

d *Iaco.*] Qui limitat, niſi domino ſuperueniſſet aliqua exceptio excluſiua, puta, præſcriptionis. *Giach.*

QVÆST. XXVI.

1 D*Ebes ſcire, ꝑ duplex eſt inueſtitura: Aliqua eſt inueſtitura propria, realis, & corporalis, quando ſcilicet dominus inducit aliquem corporaliter in poſſeſſionem alicuius rei, & eam illi dat in feudum: & per hanc inueſtituram plene transfertur in vaſallum dominium, et poſſeſſio rei feudalis. Ita volunt omnes Scribentes, vt dicit Iacob. de feud. in verb. Inueſtiui talem, nu. 1. Alia vero eſt inueſtitura, quæ vocatur, abuſiua, quando ſcilicet dominus inueſtiuit aliquē per traditionem annuli, vel enſis: & per hanc non transfertur poſſeſſio feudi in vaſallum, ſed cenſetur illi data licentia, vt eam apprehendat propria auctoritate. Ita volunt omnes*
a *Scribentes, vt dicit* [a] *Iac. in d. verbo, Inueſtiui talem, numer. 3.*
2 *Quæro nunc, dominus inueſtiuit aliquem de feudo per inueſtituram abuſiuam; nun-*
b *quid* [b] *tenebitur etiam præciſe illi tradere poſſeſſionem rei feudalis? Reſp. quod ſic, c. 1. §. ſi facta. ſi de feudo defun. fuc.*
c *controu. niſi cū dominus* [c] *poſt factum huiuſmodi inueſtituram abuſiuam inueſtiuiſſet alium de feudo, & tradidiſſet illi auctualē poſſeſſionem. Nā eo caſu iſte ſecundus præfertur, & dominus præſtando intereſſe illi primo liberatur. Ita dixit gloſ. in d. c. ſi facta, quam dicit eſſe communiter approbatam Iac. in dict. verbo, inueſtiuit talem, numero quarto.*
3 *Sed pone, dominus ſolummodo promiſit feudum, non tamen fecit aliquam inueſtituram, nunquid tenebitur præciſe tradere poſſeſſionē ipſius feudi? Reſp. quod non ſed tantum erit obligatus ad intereſſe. Ita eleganter dixit And. de Iſer. in d. §. facta, quem ceteri Scribentes ſequuntur, vt ait Iac. in d. verbo, Inueſtiui talem, nu. 8.*
4 *Sed quæro, pone, dominus inueſtiuit vaſallum per inueſtituram abuſiuam, deinde tradidit ei poſſeſſionem feudi. Modo contingit, quod vaſallus ex interuallo cecidit à poſſeſſione ipſius feudi, & ꝑ poſſeſſio reuerſa eſt ad dominum, nunquid tenebitur dominus illam iterum tradere ipſi inueſtito? Reſp. quod ſic. Ita tenet Bald. in d. § ſi facta, nu. 4. & ita determinant omnes,*
d *vt dicit* [d] *Iacob. in d. verbo, Inueſtius: talem, nu. 6. Ad duo enim tenetur dominus vaſallo, ſcilicet ad tradendū, & ad præſtādum patiētiā exemplo eius, qui debet ſeruitutum.*

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Dominus feudi an teneatur defendere vaſallum, ſicut vaſallus dominum.*
2 *Et an etiam contra patrem, Filium, vel Fratrem ipſius domini.*

Ex Additionibus.

1 *Inter dominum, & vaſallum mutua eſt obligatio.*
2 *Differentia inter Dominum, & vaſallum.*
3 *Ratio iſtius differentiæ.*

ADDITIONES.

a 1 N*Vnquid dominus feudi teneatur defendere vaſallū.*] Quod † inter dominum, & vaſallum mutua ſit obligatio; adeòque dominus ad eandem fidelitatem ſecuritatis, & defenſionis ſuo vaſallo teneatur, apparet ex c. 1. §. dominus. de form. fidelitat. tit. 6. & c. 1. qualiter dom. propr. feud. priue. tit. 47. lib. 2. F. & vltra Clarū noſtrū, & alios, docet Vulte. lib. 1. de feud. c. 10. n. 37. Enimuerò hoc intereſt, quod dominus fidelitatem vaſallo debitam non promittit, multo minus iurat, vtpote quæ ex ipſo contractu per ſeipſam intelligatur. Idque receptum videtur argumento patroni, qui liberto ſuo non iurat, vt maxime ipſi a liberto iuſiurandum præſtetur; l. qui bona, 13. §. penultimo. ff. de damn. infect.
3 Laudenſ. in d. c. 1. nu. 18. de form. fidel. Rationem † differentiæ Vulteius loco præallegato hanc aſſignat: quod illud tribuatur honori domini, tanquam ſuperioris, & de cuius fide erga vaſallum minus dubitari poſſit: cum tantopere ipſum dilexerit, vt & feudum, id eſt beneficium ipſi dederit. Videatur eadem de re D. Collega Bocer. in tract. de inueſtitura feudi, c. 4 nu. 47. & in tractat. de iur. & cōmodo ſenioris, lib. 2. capit. 4. num. 23. *Harprec.*

b *Quod ſic.*] Intellige ſi habet guerram iuſtā, & tunc tenetur ipſum vaſallum adiuuare contra patrem, fratrem, vel filium ipſius domini: vt per auctorem poſt Iacob. allegatum. *Giach.*

Quod ſic.] A pari enim iudicantur dominus, & vaſallus, vt eſt

QVÆST. XXVII.

1 a Q*Væro, nunquid* [a] *Dominus feudi tentatur defendere vaſallum, ſicut vaſallus dominum? vt dixi ſup.*
b *quæſt. 21. Reſp. quod* [b] *ſic. Ita vult gl. in c. 1. §. fin. in verbo, fratrem. hic finitur lex, quam dicit eſſe communiter appro-*

eſt text.iuncta gloſ.in c.1. de form. fidelit. & ibi Bal. & Aluar. in not. Bartol.in procem. Digeſt. §.1.nec in plus tenētur vaſalli,& ſubditi domino,quā dominus ipſis ſubditis, niſi quoad reuerentiam, ſecūdum Gul. Ben.in rep.c.Rayn.in verbo,condidit. de teſta.*Gou.*

e *Vaſallo.*] Iſte eſt text. in c.2. §. dominus quoque *batam Dec. conſ. 469. nu.4. & dicit Aluarot. in d. §. fin. nu. 5. quod iſta gl. communiter per omnes Scribentes tenetur. Idem dicit Ioan. Iacob. de Leon. inter conſilia feudalia Brun. conſ. 117. nu. 152.*

2 *Sed nunquid tenebitur illū adiuuari, etiam contra patrē, filium, vel fratrem ipſius domini? Reſp. quod ſic. Et ita cō cludit gl. ſuperius allegata, in verbo, Fratrem, quam dicit eſſe communiter approbatem Iac. de feudis, in verbo, Et promiſerunt, numer. 15. Cum enim hoc ſit ſtatutum in vaſallo erga dominum, vt dixi in ſupra allegata quæſt. 21. idem etiam dicendum eſt in domino erga vaſallum. Tenetur* c *enim dominus reddere pares vices* c *vaſallo, quæ tamen regula non eſt abſolutè vera, neque ab ea forte eſſet arguendum, niſi in caſibus à iure feudorum expreſſis.*

de form.fide.& in c.domino committente,ſi de feu. defunct. fuer.controuerſ. Alias priuaretur proprietate, & cōſolidaretur cum vſufructu. *Giach.*

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Dominus an poſſit alienare vaſallos inuitos in alium.*
2 *Et quid ſi eos alienet cum toto territorio.*
3 *Et an ſi eos alienet contra iuris diſpoſitionem, priuetur eorum proprietate.*
4 *Dominus an poſſit inuito vaſallo pignori obligare directum dominium feudi.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus dominus vaſall. ſuos inuitos alienare queat.*
2 *Nō dominus ius ſuum ſine conſenſu vaſalli alicui oppignorare poſſit.*

QVÆST. XXVIII.

1 a *QVæro, an dominus poſſit alienare vaſallos ſuos inuitos, & contradicentes in alium, & ipſos cogere, vt tali alienationi conſentiant? Hæc quæſtio ſæpè contingit in practica. Et habes gl. notab. quæ ſemper ad hoc ſolet allegari in l. inuitus. in gloſſ. 1. ff. de fideicommiſſ. lib. dicentē, quod dominus non poteſt in alium alienare ius vaſalli, vel feudi inuito ipſo vaſallo. Et illa gl. eſt communiter approbata, vt dicit Epiſcopus Loazes in ſuis alleg. pro Marchion. Velez, in 1. dubitatione, in 4. fundamento partis aduerſæ. Et dicit Curt. iun. de feud. in 6. parte principali. in 2. q. quod iſta eſt* b *communis* b *concluſio. Idem dicit Gratus conſ. 147. nu. 5. & ſeq. lib. 2. Et pro hac concluſione videtur text. expreſſus in c. 1. §. ex ead. lege, de lege Conradi.*

2 *Scias tamen, quod concluſio d. gl. intelligenda eſt, vt procedat, quando dominus vellet ſeparatim ipſos ſubditos ad alium transferre: ſed ſi concederet feudum vna cum toto territorio, & vniuerſitate, ſcilicet cum alijs caſtris, vtique poſſet etiam ipſis inuitis hoc facere. Ita dixit gloſ. in d. §. ex eadem lege. in verbo, totum. Et hanc dicit eſſe communem concluſionem Pariſ. conſ. 23. num. 103 lib. 1. & dicit Molin. in conſuet. Pariſ. feud. §. 1. gloſſ. 3 num 25. quod ita tenent omnes Doctores, ſubdent, quod hæc opin. vſu approbatur. Multa enim tranſeunt cum vniuerſitate, quæ ſeparatim transferri non poſſunt.*

3 *Sed quæro, an dominus alienans ſubditos ſuos contra iuris diſpoſitionem, debeat priuari propietate ipſius feudi, prout etiam vaſallus alienās feudum contra iuris diſpoſitionem, cadat à feudo? vt dixi infra, quæſt. 31. Reſpon. Bal. in c. 2. nu. 1. quo tempor. miles. tenet, quod non. Contrariā autem opin. quod imò debeat feudo priuari, tenet Aluarot. in d. cap. 2. Et hanc dicit eſſe veram, & magis communem opin. Curt. iun. conſ. 164. poſt num. 34. A pari enim iudicantur dominus, & vaſallus, ut dixi ſupra, quæſt. 27. verſicul. Sed nunquid. Sed hæc de facto male per dominos obſeruantur.*

4 c *Item quæro, nunquid* c *poſſit dominus inuito vaſallo pignori obligare directum dominium, & iuriſdictionem feudi? Reſpondeo, quod ſic. Et hanc ſententiam dicit eſſe communem Ripa in l. obligatione, numero quadrageſimo, & hoc eſt vnum, in quo differt dominus à vaſallo. Nam vaſallus non poteſt pignorare vtile dominium feudi ſine domini conſenſu, vt dixi infra quæſtione trigeſima quinta. Dominus autem inuito vaſallo poteſt ſuum directum dominium pignorare.*

ADDITIONES.

a I*Nuitos.*] Ad idē, quod dominus haud poſſit vaſallos ſuos inuitos vendere duriori domino, ſed q; poſſint ipſi ſe opponere, & cōtradicere, maximè quādo retineret vnam partem & aliam alienaret: quia intereſt ipſorum ſubditorū non habere tot dominos, vide notab. per Iacobū, in ſuis quæſt. feudal. q. 29. Ita quod dominus inuitis hominibus caſtri, vel ciuitatis, alicui ciuitatem, vel caſtrum ſubijcere nō poſſit, vide per Dec. cōſ. 564. nu. 9. cum ſeq. Iaſ. in l. debitor. n. 7. C. de pact. *Giach.*

Inuitos.] Et eſt ratio, quia ſicut intereſt nō perdere ſubditos, ita etiā intereſt ſubditorum non mutare dominū ſuum, ſecundum Innoc. in c. auditis, de præſcript. *Gouean.*

An dominus poſſit alienare vaſallos ſuos inuitos]

1 Quemadmodum† vaſallo ſine conſenſu domini feudum alienare non licet, vt oſtenditur infra q. 31. ita nec domino cōceditur ſuū dominium, ſiue ius, vel totum, vel partē, vaſallo ſuo inuito alienare, & facere, ut uaſallus ſuus fiat uaſallus alterius. Ita præter Clarum noſtrum, & ab eo relatos hic, tradunt Hartmanus Hartm. de feud. obſer. 40. Gaill. lib. 2. da pace pub. c. 15. n. 13. Mozz. in tract. de feud. rubric. de natural. feudi. nu. 77. Menoch. cōſ. 32. n. 20. vol. 1. & cōſ. 246. nu. 20. vol. 5. Vulteius libr. 1. de feud. c. 10. n. 71. alijq; ab ijs citati. Si tamen Princeps aliquis totum aliquod territorium, ſiue curiā alij uendat: aliter ſtatuendum eſt, ut Clarus noſter hic n. 2. ex comm. DD. opin. ſubijcit: quē ſequuntur Mozzius d. nu. 77. Vuurmbſer. de feud. obſeru. 34. & Vulteius loco modo deſignato. *Harpr.*

b *Eſt communis concluſio.*] De iſta communi uide per Duen. reg. 215. qui ponit quatuor ampliationes, & unam limitationē, & dixi etiam in mea collecta. commun. opin. uerbo, dominus, ti. 22. Item quod dominus uaſallis inuitis haud poſſit alienare feudū, uide per Afflict. in dec. 265. num. 69. *Giach.*

c *Nunquid poſſit dominus inuito vaſallo pignori obligare directum dominium.*]

2 Quin † dominus ius ſuum ſine conſenſu uaſalli oppignorare poſſit, nullum apud Interpretes eſt dubium. gloſſ. & ceteri communiter in c. 1. §. habito, de prohib. feu. aliena. per Frider. Idque de natura feu. eſſe ſcribit Mozz. d. rubr. de natur. feud. nu. 76. eumque referens D. Vulteius d. cap. 10. num. 71. uerſic. quin autem dominus, &c. Harpr.

QVÆ-

QVÆSTIO XXIX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Dominus an poſſit ſubditis ſuis collectas imponere.*
2 *Et quid ex conſuetudine, vel pacto.*

Ex Additionibus.

1 *Quiſnam dominus ſubditis ſuis collectas imponere poſſit.*
2 *An, & quatenus Princeps ſuos vaſallos ratione bonorum feudalium collectare queat, remiſſ.*
3 *Princeps vaſalli ſuos ſubditis collectam imponere poteſt.*
4 *Quib. caſib. domini ſui ſubditos collectis grauare valeāt, remiſ.*
5 *An, & quatenus Princeps pro maritanda filia, vel pro vxorando filio, collectam ſubditis indicere queat.*

QVÆST. XXIX.

1 a *QVæro, nunquid dominus poſſit ſubditis ſuis taleas, ſiue collectas imponere? Reſpond. quod Barones, & alij domini inferiores, qui ſuperiorem recognoſcunt, non poſſunt ſubditis ſuis taleas, vel collectas imponere, etiam quod habeant merū imperium, & omnimodam iuriſdictionem. Ita tenet Salyc. in l. 3. poſt nu. 3. verſ. Et ex his. C. vectig. noua inſtitui nō poſſe. Et ita communiter concluditur, vt dicit Pariſ. cōſ. 52. nu. 2. lib. 1. Nam huiuſmodi onerū impoſitio eſt de regalibus, & ſic eſt reſeruata ſupremo Principi in ſignum ſuperioritatis.*

2 *Bene verum eſt, quod ex conſuetudine, pacto, vel conuētione poſſent (ſecūdum aliquos) ſubditi per dominum collectari, in quatuor caſibus, ſcilicet pro militia domini, pro filiabus maritandis, pro tranſmarino voto, & pro ipſius domini ab hoſtibus capti redemptione. Et ita ſe habere communem opin. atteſtatur Boer. deciſ. 126. num. 1. & ſeq. vbi late. Quinimò Hoſtienſ. in ſumma. de immunit. Eccleſ. §. 1. paulo poſt princip. tenet, quod ſubditi tenentur domino ſeruire, & ab eo* b *poſſunt* b *collectari in ſex caſibus. Primo, pro exercitu Imperatoris. Secundo, pro correria, quando ſcilicet Imperator facit tranſitum per illum* c *locum. Tertio, pro filia maritanda. Quarto pro militia pro ſe, vel filio ſuo. Quinto, pro captiuitate ipſius domini. Sexto, pro terra quam ipſe Comes, vel Baro, vult acquirere: & dicit, quod generalis conſuetudo quaſi vbiq; ita ſeruat. Et Hoſtienſ. refert Iacob. de feud. in verbo. Qui quidem inueſtiti. num. 75. vbi num. 78. ſequitur eius opin. in vno caſu tantum, ſcilicet pro filia domini maritanda, & dicit, quo in hoc caſu ita ſe habet generalis conſuetudo. Sed quicquid dicant Hoſtienſ. & Iacob. ego hoc non puto eſſe verum. Ideo tene indiſtincte communem opin. quod nullo caſu poteſt dominus inferior ſubditis ſuis collectam imponere, niſi hoc habeat ex pacto, vel conſuetudine illius loci in ſpecie. Et ita in indiuiduo, quod non poſſit vaſallus pro dote filiæ ſuæ, quam maritare intendit, grauare ſubditos ſuos, tenuit Bald. in cap. 1. §. ſimiliter. nu. 1. de cap. Conradi. Et hanc dicit eſſe veriorem, & magis communē opin. Brun. conſ. feud. 32. num. 7. vbi multas auctoritates allegat, & eſt valde rationi conſentaneum. Nam ſi neque mater filiam, neque frater ſororem regulariter dotare tenentur, multo minus debet cogi vaſallus ad dotandam filiam domini ſui. Et ſi caſus contingeret, ita iudicarem; niſi appareret de ſpeciali conſuetudine in contrarium, vt ſupra dixi.*

ADDITIONES.

a I*Mponere.*] Hic cadit pulcherrima quæſtio, Nunquid dominus debeat ſuis vaſallis indicere aliquā nouitatem? Quod non, concludit Iacob. de S. Georg. in ſuis quæſt. feud. queſt. 40. quia noua ſeruitia indebita præſumuntur per vim & impreſſionē extorta, per ea quæ tradit Bald. ibi allegatus, & dicit ſe ita reſpondiſſe cuidam magno domino eū conſulenti ſuper iſta materia. *Giach.*

Nunquid dominus poſſit ſubditis ſuis taleas, ſiue collectas imponere.]

1 Quod † nemo poſſit collectas imponere, niſi Regaliū iure gaudeat, etiāſi merum, mixtumque Imperium, ac omnimodam Iuriſdictionē habeat, præter Clarum hic noſtrum, & ab eo relatos, docent Mynſing. reſponſ. 1. nu. 97. & ſequent. decad. 11. Schneidevvin. de feud. par. 5. nu. 119. Borcholt. in tit. 56. quæ ſint Regalia. lib. 2. F. Sixtin. in tractat. de Regalibus. lib. 2. c. 14. nu. 17. Io. Koppen. q. 32. nu. 4. & 8. hoſque referens D. Collega Bocer. in tract. de iure collectar. cap. 1. nu. 24. & in tract. de iure, & commodo ſenioris, lib. 2. c. 6. nu. 22. & 23. vbi id explanat

2 fuſius. Ceterum † an, & quatenus Princeps ſuos vaſallos ratione bonorū feudalium collectare queat, perſpicue declarant Ioan. Petr. Surdus conſ. 135. nu. 11. & ſeqq. & cōſ. 234. nu. 8. Albert. Brun. conſ. 103. num. 2. Crau. conſ. 497. nu. 3. Modeſtin. Piſtoris conſil. 21. num. 30. lib. 2. Mynſig. reſponſ. 1. nu. 1. & 2. decad. 15. Erneſt. Cothman. reſponſ. 11. num. 32. lib. 1. Henr. à Roſenthal. in tract. feud. cap. 5. concl. 78. num. 2. Petrus Heigius quæſt. 18. num. 16. & ſeqq. part. 1. eoſque omnes laudans D. Bocer. in d. tract. de iure collectar. cap. 4. nu. 12. & ſeqq. vbi num. 22. ſub-

3 iungit: quod, † licet dominus feudi vaſallos ſuos collectis onerare nō poſſit: attamen Princeps vaſalli ſui ſubditis imponere collectam valeat: cum hoc ius cenſeatur reſeruatum, & nō translatum in vaſallum, per notata Rolandi a Valle conſ. 1. num. 102. vol. 2. & conſ. 4. num. 47. vol. 3. Ioā. Petri Surdi cōſ. 210. nu. 58. lib. 2. *Harprec.*

b *Et ab eo poſſunt collectari ſex caſibus.*] Qui-

4 bus caſibus † domini inferiores ſubditos collectis grauare queant, poſt plures alios à ſe citatos, diligenter explicat Roſenthal. d. tract. feud. cap. 5. cōcl. 76. & ſeq. *Harprec.*

c *Pro filia maritanda.*]

5 An † & quatenus Princeps pro elocanda, & dotanda filia ſua, vel pro vxorādo filio, collectam ſubditis indicere poſſit, latiſſime exponunt Iacobin. de S. Georgio in tract. de homagijs. num. 35. & tract. de feudis. in verb. qui quidem inueſtiti. nu. 76. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. caſ. 181. Nicol. Boerius deciſ. 126. nu. 6. & 7. item deciſ. 131. nu. 14. Mox in tract. de feud. rubr. de naturalib. feud. nu. 61. Vult. conſ. 35. nu. 142. uolu. 3. conſ. Marpurgenſ. Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de mandatis iudic. capit. 44. nu. 12. Roſenthal. d. c. 5. concluſ. 77. & cōcluſ. 79. num 5. Schneideuuin. in tract. de feud. part. 5. nu. 120. Laur. Kirchou. cent. 5. cōmun. opin. concl. 77. Sixtin. d. tract. de regalib. lib. 2. c. 14. & 54. & D. Bocer. d. tract. de iur. collect. cap. 6. n. 24. cū ſeqq. & nu. 61. cū ſeqq. *Harprec.*

QVAESTIO XXX.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Dominus an poſſit cogere ſubditos ſuos ad molendum in ſuis molendinis.*

Ex Additionibus.

1 *Domini ſuperiorem recognoſcentes, an & quatenus ſubditos ſuos ad molendina ſua cogere poſſunt.*
2 *Meræ facultatis exiſtentia ſtatuto adimi nequeunt.*